



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

IX. Privilegium der Markgrafen Otto, Conrad, Johann und Woldemar für das Kloster Zinna wegen der Mühlen in Brietzen, vom 3. Mai 1303.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

IX. Privilegium der Markgrafen Otto, Conrad, Johann und Woldemar für das Kloster Zinna wegen der Mühlen in Briezen, vom 3. Mai 1303.

Otto et Conradus, Johannes et Woldemarus Dei gratia Brandenburgenses et Landesberg Marchiones, Vniversis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum pervenerit, notitiam subscriptorum. Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur cum fluxu temporis, expedit ut ea, que coram principibus aguntur, voce testium et litterarum testimonio perhententur. Hinc est, quod tenore presentium publice protestamur, quod de unanimi nostrorum heredum omnium consensu aquam Nipliz a prima sui origine, ultra, intra et infra civitatem Brizna cum omnibus agris rivulis et aquarum decursibus eam incidentibus, usque ad pontem Kemnitz cum aqua Sernow, Stenbegk, Retyz, Coltbek et Goltbeck et Nichele, ceterisque omnibus aquis in nostro dominio territorii Brizne consistentibus, vendidimus et propter Deum contulimus Abbati et conventui Claustrum Czenne absque contradictionibus cujuslibet possidendam; Ita quod nullus Advocatorum nostrorum seu Burgenfium in Brizna aut quorumlibet hominum nostrorum aliquod molendinum supra praedictas aquas aut quaslibet alias nostri Domini nec aliqua ventorum molendina seu queque alia in omni circuitu Brizne per unum milliare de novo presumat nec debeat edificare, Cum hoc quidem esset detrimentum predictorum plurimum monachorum, prohibentes nihilominus omnes curus extraneorum molendinorum, que ad predictum claustrum non pertinent, in perpetuum civitatem Briznam ingredi sub nostri favoris obtentu, Quippe cum ipsi monachi molendina omnibus sufficientia jam habeant aut certe habituri sunt in aquis nominatis, Volentes ne ipsi monachi vecturam teneant ulterius, Sed quisque annonam suam molendam importet per se, ut omnia in pace et concordia perseverent. Confirmantes eisdem omnes areas seu curias molendinorum veterum cum novis et loca stagnorum quod est mölentigk, Et si quas curias et areas molendinis necessarias comparare poterunt cum omnibus deductionibus aquarum predictarum et molendina supradicta, ita tamen ut si cujuscumque Burgenfium agrum in fodendo indigerint, amicablem quantum indigerit, persolvant. Adjicimus insuper, quod quocumque illustris frater noster Henricus Marchio fuerit nobis reformatus, quod ex tunc exposcere debemus apud ipsum, quod hec omnia supra dicta suis sigillis ac patentibus litteris approbabit. In cujus rei evidentiam presens damus scriptum nostris sigillis munitum. Hujus rei testes sunt Carolus de Wedele, Conradus dapifer, Conradus de Redere, Otto de Ronys, milites et quam plures alii fide digni. Actum et datum in Havelberg Anno Domini M. CCQ. III. Quinto non. Maji per manus Zacharie nostre Curie Notarii.

X. Markgraf Woldemar incorporirt der Stadt Briezen das Dorf Durchbriezen, i. J. 1311.

Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis, Lusatiae et de Landesbergk Marchio, tutorque incliti Iohannis Marchionis de Brandenburg dilectis suis Burgenfibus in Bryzena gratiam suam et omne bonum. Nos recognoscimus presentibus publice protestantes quod villam Durch Briznam cum mansis, pratis, pascuis, silvis, viis, et inuis ceterisque omnibus attinentiis suis et quinque talenta denariorum in moneta, quod dicitur Sleischat, cum omni iure ciuitatensium in ciuitatem vestram imponimus ad vsu vestrum et vtilitatem perpetuo iure firmissime appropriantes, Ita quod neque nos